¶ Pith. 9 *Cantuarienſi.*] *Terracinenſi*, vel *Terraconenſi.*

XIV. Idem Salernitano 10 Archiepiſcopo. [c. an. 1180. *Româ in Campaniam.*]

Laicus in criminali non teſtificatur contra Clericum; accuſat tamen pro ſua vel ſuorum injuria.

t *Cap.* 14. *eod. tit. in* 1. *Compil.* & poſt Conc. Later. *par.* 8. *c.* 8.

DE cetero Laicos in accuſationem t vel teſtimonium contra Clericum in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum Canonum manifeſtiùs edocet; niſi fortè ſuam vel ſuorum injuriam proſequantur. Nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

¶ Pith. 10 *Salernitano.*] *Salonitano.*

XV. Idem eidem. [c. an. 1180. *Româ in Campaniam.*]

In cauſis Eccleſiaſticis & civilibus poſſunt fieri tres productiones teſtium. quarta autem non admittitur abſque ſolennitate legali. Et ſuper dictis teſtium, poſt publicationem ipſorum poteſt publicè diſputari. Hoc dicit ſecundùm lecturam communem, & verbis textûs congruentem.

u *Cap.* 15. *eod. tit. in* 1. *Compil.* & poſt Conc. Later. ſub Alex. III. *c.* 9. *par.* 8.

IN cauſis Eccleſiaſticis u vel civilibus ultra tertiam productionem non debent teſtes produci, niſi adhibita quadam ſolennitate, quæ in legibus invenitur expreſſa. Et ſuper dictis teſtium cùm fuerint publicata, publicè poteſt diſputari.

x Embrudin. *al.* Eſtbrud.

XVI. Idem Præpoſito & Canonicis Embruden. 11 Eccleſiæ x. [c. an. 1180. *Româ in Galliam.*]

Si quis probat actum geſtum poſt appellationem, & adverſarius probat quòd antè; præfertur prima probatio, & actus judicatur non tenere, niſi ſecundus probet, quòd ante omnem appellationem.

y *Cap.* 16. *eod. tit. in* 1. *Compil.* & poſt Conc. Later. *p.* 8. *c.* 10.

CUm tu, fili y Præpoſite, cum quibuſdam Canonicis tuis & Archiepiſcopus veſter eſſetis in noſtra præſentia conſtituti: [*Et infrà α.*] Cùm conſtet teſtes veſtros juraſſe, quòd poſt appellationem, excommunicationis ſententiam tulerit, & Archiepiſcopi teſtes ſimiliter juraſſe, quòd ante appellationem; nos dicta teſtium benignè interpretari volentes, ne perjurii reatu notentur, quia utrumque eſſe potuit, & quòd poſt primam appellationem, & ante ſecundam, ſententia lata fuerit, eandem ſententiam decernimus non tenere.

[*α Archiepiſcopo aſſerente quòd vos ante appellationem excommunicaſſet, & poſtulans ſententiam ſuam confirmari: econtrà propoſuiſtis, quòd poſt appellationem in vos ſententiam excommunicationis protuliſſet; & ob hoc dixiſſetis eam nullius momenti eſſe; adjeciſtis etiam, tam tu quàm altera pars, quòd teſtes fuerunt hinc inde producti, & atteſtationes eorum receptæ. Nos verò auditis & cognitis rationibus & allegationibus utriuſque partis, & atteſtationibus diligenter inſpectis,*]

¶ Pith. 11 *Embruden.*] *Ebredunenſis*, vel *Ebrudenſis*, vel *Ebrodunenſis.*

XVII. Idem Epiſcopo Placen. [c. an. 1180. *Româ in Liguriam.*]

In cauſa appellationis ſuper novis Capitulis tantùm teſtes novi & veteres producuntur, juramento ſecundùm morem priùs recepto.

z Poſt Conc. Later. *c.* 12. *p.* 8. & *c.* 17. *eod. tit. in* 1. *Compil.*

FRaternitatis z tuæ literis nos conſulere voluiſti, utrùm recipiendi ſint novi teſtes ſuper quæſtione judicata, in qua teſtibus renunciatum conſtet utrinque; & an teſtibus in prima cauſa receptis propter cauſam appel. liceat ſuper quæſtionibus indicatis aliquid novi proponere: [*Et infrà α.*] Duximus tibi reſpondendum, quòd in appellationis cauſa ſi nova contigerit emergere capitula ſuper quibus aliqua partium voluerit novos teſtes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare, eos credimus poſſe recipi ſuper novis duntaxat capitulis: receptis priùs ab ipſis, ſecundùm formam recipiendorum teſtium juramentis.

[*α Licèt igitur nobis ex his non plenè innotuit utrùm teſtes ſuper eiſdem vel novis capitulis à partibus deſiderentur induci; quia tamen cùm Prudentium Juris copiam habeas, nos ſuper hoc conſulere voluiſti,*]

XVIII. Idem Exon. Epiſcopo. [c. an. 1180. *Româ in Angliam.*]

a Poſt Conc. Later. *p.* 8. *c.* 13. & *c.* 18. *eod. tit. in* 1. *Compil.* Vide Oldra. *Conc.* 127. & 160. *conſ.* 90. & 97.

Qui juravit teſtimonium non dicere, teſtificari compellitur, ſi teſtificationes publicatæ non ſunt.

INtimavit a R. Presbyter b, quòd G. c Clericus Capellanum ejus, & alios quamplures de teſtibus ſuis juramento conſtrinxit, quòd teſtimonium, conſilium & auxilium contra ipſum non præberent eidem. Ideòque injungimus, ut ſi teſtimonium eorum d publicatum non eſt, nec eſt abrenuntiatum teſtibus, eos qui ſunt juramento adſtricti, & alios, ſi neceſſe fuerit, idoneos in teſtimonium recipere non poſtponas.

b *Vox*, Presbyter, *deeſt in antiquis.*
c *al.* V.
d illorum.
e *al.* Martha.

XIX. Idem Abbati & Fratribus de Martura e 12. [c. an. 1180. *Româ in Etruriam.*]

Publicatio vel renunciatio teſtium in certis capitulis non præjudicat volenti teſtes producere in aliis. Hoc dicit quoad titulum.

f Poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 8. *c.* 15. & *c.* 19. *eod. tit. in* 1. *Compil.*

CAuſam f quæ vertitur inter vos, & Plebanum, & Clericos ſanctæ Mariæ de Martu. 13 commiſimus Judicibus terminandam; cùmque utraque pars in eorum eſſet præſentia conſtituta, & teſtes eſſent hincinde recepti, & ab utraque parte renunciatum, & atteſtationes etiam publicatæ, quoddam privilegium nuper à nobis impetratum in medium protuliſtis: [*Et infrà α.*] Judicibus ipſis mandavimus, ut ſuper aliis capitulis, ſi qua alia ſuper eis quibus teſtes recepti ſunt, & eorum atteſtationes publicatæ, teſtes, ſi qui idonei producti fuerint, recipiant, & nullis capitulis noviter à nobis per veſtros nuncios impetratis, quæ contineantur g in privilegio veſtro, vel in aliis literis, quas vobis indulſimus poſtquam cauſam ipſam commiſimus eiſdem, prædictæ plebi in hac cauſa impedimentum præſtantibus, concordia vel juſtitia mediante decidant. Quia verò Florentinus Epiſcopus intimavit quædam capitula eidem privilegio eſſe inſerta, quæ obvia rationi videntur, illud ad noſtram præſentiam cum veſtro nuncio tranſmittatis.

g continentur.

[*α Aſſerentes vos quædam alia munimenta à nobis impetraſſe quæ rationes ſupradictæ plebis obtruaſſe & impedire videntur, quare cauſa ipſa nondum potuit terminari. Quia verò ſolicitudini noſtræ incumbit utrique Eccleſiæ jura ſua ſervare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere.*]

¶ Pith. 12 *de Martura.*] *S. Michaelis de Matura.* 2. V. C. *S. Michaelis de Maturnia*, Ordinis S. Benedicti, diœceſ. Florent.

13 *de Martu.*] *De Maturnia.* V. C. addit: jampridem filiis noſtris Archipresbytero Vulterrano, & Abbati de Spongia.

XX. Idem Novicen. h Epiſcopo. [c. an. 1180. *Româ in Angliam.*]

h Norvvicenſi.

A teſtimonio repellitur ſimili morbo laborans.

i *Cap.* 4. *tit. de appel. in* 1. *Comp.* & poſt Conc. Later. *par.* 10. *c.* 5.

PErſonas i Eccleſiarum 14: *Et infrà.* Verum ſi coram te vel alio quolibet negotia ventilentur, nolumus ut aliqui conſimili morbo laborantes, ſi certum ſit, aut legitimè ſuper hoc poſſint convinci, ſi ab alterutra parte teſtes adducti fuerint, in teſtimonium admittantur.

¶ Pith. 14 *Perſonas, &c.*] Junge caput 1. *de appellat.*

XXI. Idem in Concilio Lateranen. k [c. an. 1179. *Romæ.*]

k ſub Alex. III. *c.* 26.

Chriſtianus contra Judæum in teſtem admittitur.

l *Cap.* 5. *tit. de Judæ. in* 1. *Compil.* Vide Specul. *tit. de teſt.* §. 1. Adde quæ de hoc atr. dixi *in direct. Inquiſit. ſchol.* 1. *lib.* 3. *ſchol.* 124.

JUdæi ſive l Sarraceni: *Et infrà.* Teſtimonium quoque Chriſtianorum adverſus Judæos in omnibus cauſis, cum illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis uti præſumant, recipiendum eſſe cenſemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos Chriſtianis voluerint præferre in hac parte: cùm eos Chriſtianis ſubjacere oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foveri.

XXII. Idem Mattheo m Cardin. [c. an. 1170. *Romæ.*]

m *al.* Marco.

Teſtimonium matris eſt ſuſpectum, ubi filia petit in virum aliquem ſe majorem. Et ad dictum ſolius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, ſed contractum non diſſolvitur.

n *Cap.* 2. *eod. tit. in* 11. *Compil.*
o quia.

SUper eo n quod à nobis tua devotio poſtulavit, utrùm viro negante ſe mulierem addidiſſe, ipſius mater mulieris, & altera mulier poſſit ad teſtimonium recipi; Con. tuæ taliter reſp. quod o cum mater filiæ incrementum & honorem videtur diligere, ubi vir ſuperior eſt divitiis & nobilitate, potentiâ vel honore, teſtimonium ejus videtur ſuſpectum; & ideò non eſſe aliquatenus admittendum. Super illa p verò quæſtione, quam feciſti, an mulier conjungenda non ſit viro, pro eo quod ſola mater alterutrius eos eſſe conſanguineos confitetur: reſpondemus, quod ſi non eſt inſirmatum matrimonium inter eos, matre aſſeverante ipſos q eſſe conſanguineos, non debent conjungi, quia præſumptio eſt non modica 15, quod ſe lineâ conſanguinitatis attingant. Si verò matrimonium eſt firmatum, non debet ſine plurium juramento diſſolvi.

p alia.
q eos.

¶ Pith. 15 *Præſumptio eſt non modica.*] cap. 2. inf. *Qui matrimon. accuſar. poſſ.*

XXIII. Idem. [c. an. 1175. *Romæ.*]

Ad deciſionem cauſæ maximè pro parte Judæi, non ſufficit regulariter minus teſtimonium, quam duorum probatæ vitæ & laudabilis converſationis.

r *Cap.* 1. *de for. comp. in* 11. *Compil. Matth.* 18. *Luc.* 17.

LIcèt univerſis r 16: *Et infrà.* Quia non eſt licitum alicui Chriſtiano, & multò minus crucis Chriſti inimico, ut cauſæ ſuæ unius tantum quaſi legitimo teſtimonio finem imponat: Mandamus, quatenus ſi inter vos & quoſcumque Judæos emerſerit quæſtio in qualibet cauſa Chriſtiani, & maximè Clerici, non minus, quàm duorum vel trium virorum, qui ſint probatæ vitæ, & fidelis converſationis, teſtimonium admittatis; juxta illud Dominicum: In ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Quia licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures quàm duos exigant teſtes, nulla eſt tamen cauſa s, quæ unius teſtimonio, quamvis legitimo, terminetur.

s *Vox*, cauſa, *deeſt in multis antiquis.*

¶ Pith. 16 *Licèt univerſis.*] Jungatur cap. 8. *inf. de Jud.* & *cap.* 7. *ſup.*

XXIV.

XXIV. Idem Firman. Epiſcopo. [c. an. 1174. *Româ in Umbriam.*]

Non ſunt idonei teſtes, quos actor de familia ſua produxit.

t *Cap.* 5. *eod. tit. in* 11. *Compil.*

IN literis t: *Et infrà.* Quidam Nobilis tui Epiſcopatûs quandam ſibi legitimè copulans, cùm eam in domo ferè per ſeptennium tenuiſſet, conſobrinam patris ejus, antequam eam duceret, ſe aſſeruit cognoviſſe: ad quod probandum teſtes de familia ſua tres produxit. Reſpondemus igitur ut (ſi res ita ſe habet) pro illorum teſtimonio ipſum ab uxore nulla ratione dividi u patiaris; nec contra ipſos aliquos audias, niſi probatæ eſſent vitæ & opinionis, de quibus veriſimile non eſſet, quòd deberent pro aliquo dejerare.

u Vide *l.* 2. §. *familiæ. ff. vi bon. rapt.* & *l. pronunciatio*, §. 1. *de verb. ſign.*

XXV. Urbanus III 17. [c. an. 1186.]

Donec atteſtationes fuerint publicatæ, & eis renunciatum, produci poſſunt teſtes: poſteà verò non ſuper eodem capitulo, ſed ſuper alio ſic: hoc dicit quoad titulum.

x *Cap.* 5. *eod. tit. in* 1. *Compil.*
y Sidolan.

CUm veniſſet x ad Apoſtolicam Sedem magiſter M. 18 noſter expoſuit, quòd Lucius Papa præ. no. cauſam, quæ inter ipſum & Abbatem de Sicolan. y 19 vertebatur, commiſit Judicibus ſine debito terminandam: [*Et infrà α.*] Mandamus, quatenus ſi ſententiam illorum noveritis canonicè promulgatam, eam autoritate Apoſtolica confirmetis: nec appellatio illam z a impediat, quæ hîc b interpoſita dicitur occaſione mortis præ. no. cùm poſteà egerit & reſponderit, teſteſque duxerit producendos. Quæſtiones quoque alias, ſuper quibus teſtes fuêre producti, & depoſitiones publicatæ eorum, vel renunciatum fuit teſtibus hinc & inde, nullis aliis ab alterutra parte ſuper eodem receptis, ſecundùm tenorem ipſarum mediante juſtitia terminetis. Si quæ verò fuerint quæſtiones c, ſuper quibus vel teſtes non fuerint producti, vel renunciatum eiſdem, audiatis (quaſi hinc inde propoſita fuerint) finem illis debitum imponentes.

z a illa.
b *Dictio*, hîc, *deeſt.*
c *Hæc dictio*, quæſtiones, *deeſt in pluribus.*

[*α &c. & infrà diſ. v. p. a. ſ.*]

Pith. 17 *Urbanus III.*] V. C. addit, de Rufort. & de Oſtren. Abbat. & Priori de Tongnan. *al.* de Virfort & de Troſtan, Ruſtisford. Ciſtercienſis Ordinis. Baleus 199. meliùs: Urbanus III. de Rufort & de Crodereo Abbatibus, & Priori de Torgnan.

18 *M.*] *Martinus.*

19 *de Sicolan.*] V. C. *de Cronuland.* Camden. 190. de *Crosland.* Vveſtmonaſt. *de Crovand.* V. C. addit, & Vv. Clericum vertebatur, dilectis filiis noſtris de Vviſeber. & Oſelveſton Abbatibus.

XXVI. Clemens III. [c. an. 1190. *Romæ.*]

Poteſt reus producere teſtes ad probandum contrarium ejus quod actor probavit; ſi publicatio atteſtationum non eſt facta, conſuetudine contraria non obſtante. Hoc dicit ſecundùm notabiliorem lecturam.

d *Cap.* 3. *eod. tit. in* 11. *Compil.*

SEries d tui reſcripti nobis aperuit, quòd cùm nuper inter filios quorumdam Nobilium tuæ civitatis conjugalis quæſtio tractaretur: [*Et infrà α.*] Pars quæ matrimonium accuſabat, teſtes produxit legitimos, qui conſanguinitatem inter prædictos eſſe firmiter aſſerebant, in primo gradu ponendo duas perſonas, B. videlicet & I. dicentes illos eſſe fratrem & ſororem. Pars autem oppoſita id falſum dicebat, B. ſcilicet eſſe ſororem I. ad corroborandam aſſertionem ſuam tam teſtes offerens, quàm publicum inſtrumentum. Unde quia pars accuſantium teſtes illos non eſſe recipiendos proponit, & tu non eſſe conſuetudinem Eccleſiæ affirmas, ut poſt receptos teſtes, qui conſanguinitatem, ſecundùm formam Canonum computant, alii ex oppoſito admittantur. Præſenti pagina reſpondemus, quòd ſi non eſt aliud Canonicum, quod obſiſtat, non obſtante illa conſuetudine, utpote Juri contrariâ, teſtes recipere non omittas.

[*α Quia diſtrahebaris ad alia urgentiora negotia, vices tuas in ventilatione illius quæſtionis quibuſdam Juris Prudentibus commiſiſti, ante quos.*]

XXVII. Celestinus III. [c. an. 1195. *Romæ.*]

Carnalis copula probatur per conveniens teſtimonium de viſu. idem in teſtimonio auditûs, quod adminicula & fama coadjuvant.

e *Cap.* 4. *eod. tit. in* 11. *Compil.*

PRæterea e cùm quis accuſatur aliquam cognoviſſe, an ſint teſtes interrogandi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat, vel ſi juratis teſtibus ſit credendum, qui ſe carnalis copulæ conſcios eſſe fatentur, ſed de viſu nihil affirmant f? Reſpondemus, quòd ſi teſtimonium conveniens de viſu reddatur, vel etiam de auditu, & præſumptionem violentam fama conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur; ſtandum eſt teſtimonio juratorum: etenim circumſpectus Judex atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe comperit, confirmabit.

f Solâ famâ carnalem copulam non probari, vide glo. *in l.* 3. §. 1. *cum not. ff. de teſt.*

XXVIII. Innocentius III. Conſulibus & Populo Beneventano. [c. an. 1208. *Româ in Campaniam.*]

Unius Judicis verbo non creditur; ſcripturæ verò ejus per teſtes reprobari poſſunt. Fallit hoc in Papa, ita communiter ſummatur.

g *Cap.* 1. *eod. tit. in* 111. *Compil.* Vide Anton. de Butr. *ſupr. de arb. c. non ſine.*

CUm g à nobis: *Et infrà.* Et canonica & civilia jura ſequentes, diſtrictiùs inhibemus, nec unius Judicis, quantæcumque fuerit autoritatis, verbo credatur in cauſis, ſive ſuper teſtamentis, ſive quibuslibet aliis contractibus quæſtio agitetur. Nec ſcriptum eorum (niſi teſtium adminiculo fulciatur) eam obtineat firmitatem: quin ei poſſint & debeant duorum vel trium teſtium bonorum teſtimonia prævalere, ſalva in omnibus Sedis Apoſtolicæ autoritate.

XXIX. Idem Tyren. Epiſcopo h. [c. an. 1207. *Romæ.*]

h Turonen. Archiepiſc. *al.* Tiren. *al.* Tircenſi. *al.* Trien.

Teſti ſuper dilatoria inducto non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere, ſecùs ſi ſuper peremptoria: tunc enim cogi poteſt, ut juret deponere ſuper toto.

i *Cap.* 2. *eod. tit. in* 111. *Compil.* Vide Specul. *tit. de teſtib.* §. 1.

DE i teſtibus: [*Et infrà α.*] Conſul. t. t. r. quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodo probandam, cùm ſuper ea tantùm juraverint dicere veritatem, ſuper principali nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, utpote ſuper quo deponerent non jurati. Si verò cùm ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars ſuper principali negotio etiam eos deponere fortè petierit, & ut cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulaverit obligari; ad id ſunt ſine dubitatione cogendi, niſi forſitan ſufficiens productio teſtium ſuper principali jam facta fuerit, vel renunciatum teſtibus k, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

k Vide *auth. jubemus*, & *ibi* Bart. *C. de judi.*

] *α Qui ad exceptionem probandam à partibus inducuntur, tua nos duxit f. conſulendos, utrùm cogendi ſunt ſuper principali negotio, & ferre teſtimonium veritati; & an illi ſint ſicut ceteri teſtes examinandi diſtrictè, qui ad purgandam alicujus infamiam inducuntur. Super hoc igitur f. tuam plurimùm commendantes quæ in dubiis Se. Ap. vult certificari reſcripto.*]

XXX. Idem Elien. & Ciſtren. Epiſcopis, & Archi. de Norbanen. 20 [c. an. 1208. *Româ in Angliam.*]

Dicta teſtium non ſunt ad petitionem tertii publicanda. Et is, qui produxit teſtes coram certis Judicibus, non poteſt ad eundem effectum coram Judicibus alios producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus.

l *Cap.* 3. *eod. tit. in* 111. *Compil.*
m ſub Alex. III. *c.* 8. habetur *tit. de conc. præb. inf. c.* 2.
n præd. magiſter R.

COnſtitutus in præ. no. l Procurator magiſtri R. 21 propoſuit, quòd cùm Decanus & Capitulum Eboracen. ei tum autoritate Lateranen. Concilii m, tum privilegii proprii ratione Archidiaconatum Richemundiæ canonicè contuliſſent, Magiſter H. qui Archidiaconus Richemundiæ nominatur, ipſum eo poſt appel. ad nos interpoſitam ſpoliavit. Cùmque prædictus n R. ad Judices ſuper reſtitutione ſua commiſſionis literas impetraſſet, memoratus H. literas revocatorias impetravit: [*Et infrà α.*] Inter alia poſtulabat prædictus H. ut faceremus depoſitiones quorumdam teſtium aperiri: ſed Procurator prædictus aperiendas eas non eſſe dicebat, cùm non in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea, quæ inter Eboracen. Archiepiſcopum, & eumdem R. vertebatur: [*Et infrà β.*] Nos eas aperire noluimus, ſed cauſam duximus veſtro examini committendam: ita quòd ſi vobis conſtiterit præfatum H. teſtes pro ſe coram Epiſcopo & Decano Lincon. & te, fili Archiep. delegatis Judicibus produxiſſe, atteſtationibus apud eum depoſitis ſit contentus; alioquin eo non obſtante, quòd teſtes illi coram Judicibus ipſis, & te fili Archiepiſc. fuêre producti pro dicto H. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

[*α Quas idem Procurator per falſi ſuggeſtionem oppoſuit impetratas, &c.*]

[*β Licèt autem Archidiac. ſicut ſuperiùs eſt præmiſſum, ad faciendam nobis fidem ſuper omnibus pleniorem, atteſtationes quaſdam peteret aperiri: adverſarius autem in alia cauſa eas aſſereret eſſe receptas.*]

Pith. 20 *Norbanen.*] V. C. *Northampton*, Vveſtmonaſter. 153. *Nocathon. Norhanton.* Bal. 417.

21 *R.*] Rogerii de ſancto Ædmundo.

XXXI. Idem. [c. an. 1208. *Romæ.*]

Publicatis atteſtationibus non opponitur in perſonas teſtium. Tres caſus excipit, & ad ſecundum determinationem ſubdit.

o *Cap.* 4. *eod. tit. in* 111. *Compil.* Vide Anton. de Butr. *in c. ex parte. ſupr. eo.* & Lap. *alleg.* 72.

PRæſentium o autoritate ſtatuimus, ut ſi quis poſt depoſitiones teſtium publicatas objicere voluerit in perſonas eorum, ei tunc tandem id liceat, cùm juramento firmaverit, quòd ad hoc ex malitia non procedat, niſi forſan ante publicationem id fuerit proteſtatus; vel oſtendere poterit, quòd poſt publicationem didicerit, quod objicit in perſonas. Ceterùm, cùm quis perſonas teſtium ſe velle poſt publicationem depoſitionum repellere, fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, de facili non credatur.

XXXII. Idem London. p & Elien. Epiſcopis. [c. an. 1209. *Româ in Angliam.*]

p *al.* Lingon. & Eliennun. Epiſc.